

DE REGIO 235  
PERSARVM  
PRINCIPATV  
LIBRI TRES:

*Ex aduersariis v. c.l.*

BARNABÆ BRISSONII,  
SENATVS PARISIENSIS  
P R A E S I D I S .

A D D I T I

Indicetres: I, Capitum: II, Auctorum qui emen-  
dantur: III, Rerum & Verborum notabilium.

Editis altera; in qua quid sit praefitum, SYLBURGII  
Notiu ad finem additio exponitur.



Ex typographio Hieronymi Comielini.  
Anno Christi M D X C V.

BARNABÆ BRISSONI  
SENATVS PARISIENSIS  
P R A S I D I S ,

De regio Persarum principatu

L I B E R P R I M V S .

**R**E S a Persis terra marique gestas , literis man-  
dare non institui : sed hoc argumentum aliis,  
quibus commodum videbitur, concedens , eos  
tantum ex veteri gentis illius memoria floscu-  
los carpam , qui ad Regij nominis decus , Imperij maiesta-  
tem , totumque Regni statum , ac vetustate pene obrutos ri-  
tus , pertinent. Atque hoc quidem libro , quibus honoribus  
a suis coli Reges solerent , quæ cœsar corum Insignia , qui ve-  
stitus , vita : que cultus : quæ Aulæ ac palatij dignitates : quæ  
regni administrandi ratio , exponam . Reliqua quæ ad popu-  
li mores , instituta , leges , rem militarem spectant , in alios li-  
bros conseram.

Persarum genis , obscura prius , initium commendationis  
& famæ accepit a Cyro , qui adçptum Medis , Lydisque , im-  
perium primus in Persidem intrulit , & e minimo tenuissi-  
moque , maximum & florentissimum , Asia subacta , & vni-  
uerso Oriente in potestatem redacto , reliquit . Huic successit  
filius Cambyses , qui Imperio patris Ægyptum adiecit : a quo  
deinde , ad Darium usque , qui ab Alexandro vicitus , & a co-  
gnatis occitus , vitam pariter cum Persarum regno amisit ,  
Persicæ res in suo statu manserunt . Terrarum enim , quas il-  
lic sinus Persicus , hinc Hellespōtus claudit , dominū , innu-  
meris prope nationibus longe lateque Reges imperarunt .  
Nec tamen ultra ducentos annos regium hoc imperium sse-  
sse , Dionysius Halicarnass. lib. i. scribit . Quamquam apud

A